

ac responsalem vos *habere cognoscimus, vestroque desiderio in hac parte satisfacere cupientes, concedimus vobis tenore presencium, tamquam benefactori nostro precipuo et amico fidelissimo, et dilectissime consorti vestre domine Ramburgis specialem et fraternam parti[ci]pacionem bonorum omnium, que per fratres et sorores monasterii nostri in missis, oracionibus, predicacionibus, jeiuniis, vigiliis, abstinenciis, laboribus ceterisque deuotis exercitiis fieri donauerit copiosa clemencia Saluatoris. Insuper volumus ac eciam ordinamus vt, cum Domino placuerit de huius seculi incolatu ad patriam vos vocare et obitus vester vel alterius vestrum apud nos fuerit nunciatus, idem fiat pro vobis officium, quod pro deuotis familiaribus et benefactoribus nostris facere consueuimus, et supradictorum fratrum et sororum pro tempore existencium suffragiis, oracionibus et deuocionibus anime vestre specialius recommendentur. In cuius concessionis testimonium sigillum conuentus presentibus est appensum. Datum Wazstena, anno Domini m^ocd^oprimo, in octaua natiuitatis beate Marie virginis.*

97. 1401 d. 25 Sept. Vadstena.

Abbedissan Ingegerd Knutsdotter och generalkonfessorn N. ¹⁾ i Vadstena kloster utfärda delaktighetsbref för Benedictus Petri, prest i Strengnäs stift.

Afskr. i K. Bibl. papp.-fol. A 26 (Vadstena kl:s brefbok) fol. 80.

Deuoto et in Christo dilecto domino B. Petri, clerico dyocesis Strengenenensis, soror Ingegerdis Knutzdotter, abbatissa, et frater N. ¹⁾, confessor generalis monasterii sanctarum Marie virginis et Byrgitte in Watzstena, salutem et augmentum continuum celestium graciaram. Existente veraciter, vt audiuimus, erga nos et conuentum nostrum vestre deuocionis affe[c]cione et illius vsque in finem perdurante fauorabili continuacione, vestro in hac parte satisfaciendes desiderio, concedimus vobis, tenore presencium, tamquam caritatiuo benefactori et amico nostro, specialem et fraternam participacionem bonorum omnium, que per sorores et fratres monasterii nostri in missis, oracionibus, predicacionibus, jeiuniis, vigiliis, abstinenciis, laboribus ceterisque deuotis exercitiis, operari dignatur copiosa clemencia Saluatoris, statuentes quod anima vestra supradictorum sororum et fratrum suffragiis, oracionibus et deuocionibus denuo recommendetur, cum post decessum vestrum obitus vester apud nos fuerit nunciatus. In cuius concessionis testimonium sigillum conuentus presentibus est appensum. Datum Wazstena, anno Domini mcd primo, in octaua natiuitatis beate Marie virginis.

98. 1401 d. 26 Sept. Malmö.

Beukt Götsson, fogde i Malmö, Andreas Brun, rådmän, m. fl. intyga att rådmannen i Lund Ave Magnasson öfverlätit till domkapitlet derstädes den halfva gård i Malmö, som han erhållit med sin hustru Margareta.

Registr. Ecel. Lundens. perg., pag. 159.

Omnibus presens scriptum cernentibus Benedictus Götsson, aduocatus ville Malmøghe, Andreas Brwn, Tulo Ludersson, Lyderus Hincesson, consules in eadem

¹⁾ Bør vara P(etrus).